



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethica Guilielmi Adolphi Scribonii, Ex Aristotele Et Aliis  
summis philosophis repetita**

**Scribonius, Wilhelm Adolf**

**Hanoviae, 1593**

**VD16 S 5114**

Cap. VIII. Intemperantiam ignavia deteriorem esse.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56572)

De extremis Temperantiæ.

*Quanam præcipue repugnant Temperantiæ?**Ασχημία, Intemperantia, & ἀναισθησία, Stupiditas.**Intemperantia quid est?*

Est actio temperantiæ omnibus modis contraria: Græcis dicta à puerilibus erroribus atque delictis.

*Quanam igitur similitudo Intemperantiæ & lascivia puerili commune nomen dedit?*

Ut puer, nisi à pædagogo coërceatur, &amp; in officio suo retineatur, exultat, luxuriat, cupiditatemq; suam explere pergens, nihil nõ mali peragit: similiter cupiditates appetitionesve nisi à ratione domentur ac reprimantur, longius evagantes mentem ipsam disturbant.

CAP. VIII.

Intemperantiam ignavia deteriorem esse.

*Uter delinquit magis, intemperansne an stupidus, qui nimium sectatur temperantiam?*

Intemperans: Is enim quod sua voluntate omnia suscipiat &amp; agat, majore reprehensione dignus est.

*Quomodo hoc ostendis?*

Magis voluntaria sunt quæ sponte per se &amp; sine coactione aliqua eliguntur: Voluptates sine ulla coactione se nobis offerunt: Stupor verò nolentes sæpe obruit: Ergo intemperans deterior stupido.